Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

PARA

Duodecim annoꝝ erat manas
ses cum regnare cepisset et lv.
annis regnauit in hierusalem. Fecit
autem malum coram domino iuxta
abhominationes gentium quas fuba
rint dominus coram filijs israhel.
Rursus instauraut excelsa quę de
moluerat ezechias pater eius. Erexit
quoque aras baalim et fecit lucos. et
adorauit omnem militiam celi. et
coluit eam. Edificauit quoque altaria
in domo domini de qua dixerat dominus.
in hierusalem erit nomen meum in eternum.
Edificauit autem ea cuncto exercitui
celi in duobus atrijs domus domini.
transiuitque fecit filios suos per ignem
in valle bennom. Observabat sompt
ma. sectabatur auguria. maleficia ar
tibus insudebat. habebat secum magos.
et incantatores. multaque mala opa
tus est coram domino. ut irritaret eum.
Sculptile quoque et flatile signum posuit
in domo dei de qua locutus est deus ad
dauid et ad salomonem filium eius.
dicens. In domo hac et in hierusalem quam elegi
de cunctis urbibus israhel. ponam nomen
meum in sempiternum. et non ultra faciam
pedem israhel de terra quam tribui patribus eorum
dumtaxat si custodierint facere
que preceperim eis. cunctamque legem. et cere
monias atque iudicia. que mandauit
per manum moysi. Iste manasses se
duxit iudam. et habitatores hierusalem. ut
facerent malum. super omnes gentes.
quas subuerat dominus a facie filiorum
israhel. Locutusque dominus ad eum. et ad
plebem illius. et audire noluerunt. Idcirco
superinduxit eis principes exercitus re
gis assyriorum. ceperuntque manassen.
et uinctum catenis. atque pedibus. duxe
runt eum in babylonem. Cum premeretur
coangustatus est. deprecatus est dominum deum
suum. et egit penitentiam nimis coram deo
patrum suorum. deprecatusque est eum. et ob
secrauit illum. et exaudiuit ora
tionem eius. reduxitque eum in hierusalem
in regnum suum. et agnouit manasses.
quia dominus ipse est deus. Post hec ipse
edificauit murum extra ciuitatem ad
occidentem gyon in ualle usque
ad introitum porte piscium per circuitum
usque ad ophel. et exaltauit illum ve
hementer. constituitque principes exercitus
in cunctis ciuitatibus iuda munitis.
et abstulit deos alienos. et simulacrum
de domo domini. Aras quoque
quas fecerat in monte domus domini. et
in hierusalem. et iecit omnia extra urbem.
Porro instauauit altare domini.
et immolauit super illud hostias. et pa
cificas hostias. et laudem. Precepitque
iude. ut seruirent domino deo israhel. At
tamen adhuc populus immolabat domino
deo suo in excelsis. Reliqua autem
gestorum manasse. et obsecratio eius ad
dominum deum suum. uiba quoque uidentium
eum loquentium ad eum in nomine domini
dei israhel. ecce sunt in sermonibus regum
israhel. oro quoque eius. et exaudito eo. et
cuncta peccata. atque contemptus loca
quibus edificauit excelsa. et
fecit lucos et statuas. antequam ageret
penitentiam. septa sunt in sermonibus ozay.
Dormiuitque manasses cum patribus
suis. et sepelierunt eum in domo sua.
regnauitque pro eo filius eius amon.
xxii annorum erat amon cum regnare
cepisset. et duobus annis regnauit in
hierusalem. fecitque malum in aspectu domini.
sicut fecerat manasses pater eius. et cuncti
ydolis quę manasses fecerat fa
bricatus. immolauit atque seruiuit. et
non est reuitus faciem domini. sicut reuitus
est manasses pater eius. et multo mai
ora reliquit. Cumque conspirassent
aduersus eum serui ipsius. interfecerunt eum
in domo sua. Porro reliqua populi
multitudo cesis his qui amon per
cussant. constituunt regem iosiam
filium eius pro eo. XXXIIII.